# VARIVS RVMOR

## EPISTVLAE SINGVLIS MENSIBVS

### DISCIPVLIS COMMVNITATIS AKADEMIKORVM DISTRIBVTAE

| | | |
|---|---|---|
| xemplar secundum | Editum a.d. IIII. Idūs Apriles MCMLXXVIII (10.4.78) | Edunt discipuli et magistri Linguae Latinae, id sunt Ulricus Aeschlivir et multi alii, quorum nomina in his commentariis publicata sunt |

PRAEFATIO

VLRICVS AESCHLIVIR OMNIBVS DISCIPVLIS LINGVAE LATINAE S. D. P.

QVANTVM COR MEVM GAVDIO SALTAT VIX EXPRIMERE POSSVM, CARI AMICI LINGVAE LATINAE. NAM HODIE APPARET EXEMPLAR PRIMVM VARII RVMORIS PERMVLTOS VESTRVM VALDE DELECTAVISSE. NVMERARI NON POSSVNT QVI SCRIBENDO HOS NOVOS COMMENTARIOS AVCTOS ESSE VOLVNT. QVA EX CAVSA HOC EXEMPLAR SECVNDVM PLVRES PAGINAS CONTINET QVAM ILLVD PRIMVM, QVOD MENSE FEBRVARIO EDITVM EST!
GRATIA MAXIMA HABENDA EST INTER CETEROS DISCIPVLOS, QVI VNVM AVT PLVRES ARTICVLOS EDENDOS SCRIPSERVNT, FRANCISCO BACHMANNO (STVDET IN 5B); NAM IS COMMENTARIIS NOSTRIS NOVVM TITVLVM PVLCHERRIMIS LITTERIS PRAEDITVM EFFECIT.
SPERO VOS ISTO EXEMPLARI SECVNDO COMMENTARIORVM 'VARIVS RVMOR' APPELLATORVM TANTOPERE DELECTARI QVANTOPERE ILLO PRIMO MENSE FEBRVARIO EDITO!
IAM SATIS EST. NE ME GARRVLVM ESSE PVTETIS, VERBVM NON AMPLIVS ADDAM NISI

'VARIVS RVMOR VIVAT, FLOREAT, CRESCAT!' VALETE.

---

Datum die duodecima ante Idibus Martiis MCMLXXVIII.
Cogitatio efficiendi epistulam mensilem mihi valde placet. Gratulor magistris nostris. Spero discipulos sedule scribendos futuros esse, cum sententias lingua Latina componere difficile sit. Sed semper memoria teneamus proverbium Horatii: 'Dimidium facti, qui coepit, habet' ! Initium facio inveniendo quadratum magicum. Propono solutiones rectas colligere et pretium sortiri. Centum schedularum iunctarum darem.

Bene valete!
Hieronymus quidam

P.S.: Quadratum magicum, de quo supra dixi, in secunda pagina istius commentarii invenietis. →

## Quadratum magicum

| 1 | 2 | 3 | 4 |
|---|---|---|---|
| 2 | | | |
| 3 | | | |
| 4 | | | |

1) Verbum gravissimum
2) Radix verbi (legendo versus id facis)
3) Dativus elementi quinti
4) Coniunctio

Solutio aenigmatis, quod mense Februario editum est:

| | | | | | | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| S | T | E | R | Q | U | I | L | I | N | I | U | M |
| U | R | G | E | O | ■ | H | A | I | A | ■ | B | I |
| B | I | O | N | ■ | O | P | S | ■ | I | S | I | S |
| S | T | ■ | O | B | ■ | O | C | C | A | ■ | ■ | E |
| R | U | ■ | V | ■ | ■ | S | I | A | S | ■ | U | R |
| T | R | I | A | ■ | ■ | U | V | E | ■ | U | T | Y |
| U | A | ■ | I | E | ■ | E | I | C | I | O | ■ | C |
| S | ■ | A | I | O | ■ | R | A | O | ■ | ■ | O | O |
| ■ | ■ | G | O | ■ | D | A | ■ | ■ | R | E | O | R |
| A | S | I | N | O | ■ | T | A | G | A | X | ■ | D |
| O | E | L | E | O | ■ | ■ | G | E | R | ■ | S | I |
| ■ | M | E | M | E | N | T | O | ■ | ■ | E | I | A |

EMENDA - VENDENDA - DESIDERIA studiosorum:

Vendo
Ephippium, idoneum
ad equum parvum, paene novum,
valeret HSMMCM
Nullum XXXXI/LXXXVIII-XIV-L voces.

MATHEMATICA

mihi magnas difficultates parat.
Quis mihi auxilium ferret?
Nullum XXXXI/LXXXVIII-XIV-L voces
aut congrediaris cum Henrico VI B

## Tuum est pugnare!

Totus orbis terrarum magnum in periculum ductus est. Homines avidi profusique eum oleo et metallis privant. Sine limite vim atomorum utantur. Gasa venenosa, clamores, radii, fuligo et cetera nocentia sunt et sanitatem nostram valde aggrediuntur. Etiamque nostras regiones pulchras vitiant. Necesse est hic et nunc luxuriam et effusionem repugnare. Ergo iam hodie parcendo initiam fac! Memento futura et vita pollutionem!

(Heinz Hürzeler)



VARIVM RVMOREM' LEGVNT QVI SAPIVNT !

Tandem ver advenit! In pagina III quattuor carmina veris pulcherrima vel cetera carmina inveniuntur.